



# **Urkunden-Sammlung zur Geschichte der auswärtigen Verhältnisse der Mark Brandenburg und ihrer Regenten**

...

namentlich in Beziehung auf Anhalt, Bayern, Böhmen, ... und andere  
Länder ; [Urkunden-Sammlung für die Geschichte der auswärtigen  
Verhältnisse]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1843**

LXXX. Herzog Albert von Braunschweig gelobt dem Bischofe von  
Hildesheim bis zum nächsten Pfingstfeste völlige Sicherheit, im Beisein  
des Bischofs von Halberstadt und des Markgrafen Johann von ...

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56055](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56055)

possessionibus attinentibus, vendidimus et commutavimus, receptis pro his aliis castris et possessionibus ab Archiepiscopo et Ecclesia Magdeburgensi, Quod quia sine minori lesione et dispendio Ecclesie nostre a gravissimis oneribus debitorum non poteramus absolvi, quia etiam Ecclesiam Magdeburgensem et ipsius Archiepiscopum in tribulatione et angustia nostre Ecclesie frequenter invenimus consolationis gratia nos amplecti, et utilius nobis visum est, quod (quo?) carere debuimus pro solutione debitorum, (id) ad Ecclesiam Magdeburgensem transferri, quam ad Laicos, qui nobis (et) oppido sunt infesti. Supplicamus ergo ad pedes Sanctitatis vestre humiliter provoluti, quatenus hanc nostram venditionem et traditionem Ecclesie Magdeburgensi, de consensu venerabilis patris ac Domini nostri factam, dignemini de benignitate Sedis Apostolice confirmare.

Nach Olearii Magdeburgischem Copialbuche Manuscript. II, 155 und Boysses Allg. hist. Magazin III, 12. Das Original-Concept dieses Schreibens ist nicht mehr aufzufinden gewesen.

**LXXX.** Herzog Albert von Braunschweig gelobt dem Bischöfe von Hildesheim bis zum nächsten Pfingstfeste völlige Sicherheit, im Beisein des Bischofs von Halberstadt und des Markgrafen Johann von Brandenburg, am 17. Dezember 1257 oder 1. Januar 1258.

Dei gratia Albertus, dux de Brunsvic, ad quos hec litera pervenerit salutem et sincere voluntatis affectum. Presentibus recognoscimus et publice protestamur, quod presentibus venerabili Patre, Domino W. Halberstadtensis ecclesie Episcopo, et nobili Principe, Johanne, Marchione de Brandenburg, avunculo nostro, et multis aliis viris nobilibus et honestis, de parte venerabilis Hildesheimensis et nostra, fideliter et firmiter est dictum, quod nostri et nos dicto Domino Episcopo et suis auxiliatoribus, donec in octavam Pentecostes nunc venturam, securitatem personarum et rerum servabimus bona fide. Quod si aliquo casu, ignorantibus nobis, eidem Episcopo et suis medio tempore aliqua per nostros irrogaretur injuria vel lesura, dicto Domino Episcopo nos satisfacemus in amicitia vel in iure. Huic vero securitate Dominus Borchardus de Wulfesbutle, Dominus Johannes de Ecstede et Dominus Egbertus de Luttere sunt inclusi. Actum Brunsvic in claustris S. Egidii anno Domini M<sup>o</sup>. CC<sup>o</sup>. LVIII<sup>o</sup>. XVI. kal. Januarii.

Nach Gundlings Abschrift und Abdrücken in Sarenbergs Histor. Gandersh. p. 1504 und Eickstedt's Urkunden-Sammlung S. 47. 48, an den letztern Orten mit dem Datum kal. Jan.

**LXXXI.** Papst Alexander IV. bestätigt dem Erzbisthume Magdeburg die Erwerbung der Grafschaft Seehausen und dreier Schlösser, am 22. Dezember 1257.

Alexander episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri Archiepiscopo et dilectis filiis Capitulo Magdeburgensi salutem et apostolicam benedictionem. Hiis, que ab